

Cicero, De officiis 1, 42 – 45: Auch die Wohltätigkeit muss sich an vernünftigen Regeln orientieren

Nachdem Cicero die Gerechtigkeit dargestellt hat, zeigt er auf, welche Grundsätze bei der Wohltätigkeit zu beachten sind. Der Grundgedanke, dass der allgemeine Nutzen befördert werden soll, wird auch hier beibehalten.

Schlüsselwörter stehen am Ende des Dokuments; sie werden zum Lernen empfohlen. Der Text wurde vereinfacht.

[1, 42]

Einführung in die Darstellung der Wohltätigkeit

<p>Deinceps, ut erat propositum, de beneficentia ac de liberalitate dicatur.</p> <p>Qua quidem* nihil est naturae hominis accommodatius*, sed habet multas cautiones*.</p>	<p>Qua quidem... : qua steht im Ablativus comparationis.</p> <p>accommodātus: einer Sache angemessen</p> <p>cautiō, cautiōnis, f: Substantiv zu cavēre, caveō, cāvī, cautum: Acht geben, Rücksicht nehmen; Übersetzungsvorschlag zu cautio: beachtenswerter Punkt</p>
<p>Videndum est enim, primum* ne obsit* benignitas et iis ipsis*, quibus benigne videbitur fieri, et ceteris, deinde ne maior benignitas sit quam facultates, tum, ut pro dignitate cuique tribuatur;</p> <p>id enim est iustitiae fundamentum, ad quam haec referenda sunt omnia.</p>	<p>obesse: schaden</p> <p>primum ... deinde ... tum: zuerst, dann, schließlich (im Sinne von erstens, zweitens, drittens)</p> <p>et iis ipsis: <i>et</i> muss mit dem folgenden <i>et</i> vor <i>ceteris</i> zusammengenommen werden. Diese beiden <i>et</i> bedeuten „sowohl als auch“. Übersetzen Sie <i>ceteri</i> mit „die übrigen Leute“.</p> <p>cuique: von quisque – jeder</p> <p>referre: beziehen</p>

<p>Nam et qui gratificantur cuipiam, quod obsit illi, cui prodesse velle videantur, non benefici neque liberales, sed perniciosi assentatores iudicandi sunt, et qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, ut si in suam rem aliena convertant.</p>	<p>nam et qui: Dieser Relativsatz hat kein Bezugswort. Man muss also <i>ii/ei</i> (diejenigen) ergänzen: „Denn auch diejenigen, die ...“ Andere Übersetzungsmöglichkeit: „Wer ...“ grätificārī, grätificor, grätificātus sum: jemandem einen Gefallen tun. Das Relativpronomen <i>quod</i> kann man mit „der“ übersetzen: Denn wer einem anderen einen Gefallen tut, der... quispiam: jemand pernici ōsus: schädlich assentātor, assentātōris, m.: der Schmeichler ut si: wie wenn in suam rem: <i>res</i> bedeutet hier „Besitz“. in suam rem convertere: zum eigenen Vorteil wenden. <i>Aliena</i> ist neutrum Plural: fremdes Eigentum.</p>
---	--

[1, 43] Wohltätigkeit darf nicht schaden

Dies ist eine der Stellen in *De officiis*, an denen Cicero den kurz zuvor ermordeten C. Iulius Caesar kritisiert. L. Cornelius Sulla hatte als Diktator 82 v. Chr. die Proskriptionen eingeführt, bei denen Gegner des Diktators für vogelfrei erklärt wurden, so dass ihr Besitz eingezogen werden konnte. Cicero wirft Caesar vor, das Gleiche gemacht zu haben. Zu regelrechten Proskriptionen kam es erst, als Octavian und Marcus Antonius sich im Jahr 43 v. Chr. gegen die Caesarmörder durchgesetzt hatten; Cicero selbst wurde auch ein Opfer dieser Proskriptionen.

<p>Sunt autem multi et quidem cupidi splendoris et gloriae, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur*. Hi arbitrantur se beneficos in suos amicos videri, si locupletent* eos quacumque ratione. Id autem tantum abest ab officio, ut nihil magis officio possit esse contrarium.</p>	<p>largīrī, largior, largītus / largīta sum: spenden, jemanden beschenken locupletāre: jemanden reich machen</p>
<p>Videndum est igitur, ut ea liberalitate utamur, quae prosit amicis, noceat nemini. Quare L. Sullae, C. Caesaris pecuniarum translatio* a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri. Nihil est enim liberale, quod non idem iustum.</p>	<p>L. Sullae, C. Caesaris pecuniarum translatio: Siehe die Vorbemerkung zu diesem Absatz.</p>

[1, 44] Cicero untersucht nun, in welchen Fällen die Wohltätigkeit den Interessen des Schenkenden schaden kann.

<p>Alter locus erat cautionis, ne benignitas maior esset quam facultates, quod qui benigniores volunt esse, quam res patitur, primum in eo peccant, quod iniuriosi sunt in proximos. Quas enim copias his et suppeditari aequius est et relinqui, eas transferunt ad alienos.</p>	<p>facultātēs: die finanziellen Möglichkeiten rēs: siehe den Eintrag im Grundwortschatz iniuriosum esse (mit <i>in</i> und Akkusativ): sich gegenüber jemandem ungerecht verhalten quas enim copias: Das Bezugswort steht hier im Relativsatz selbst. Beim Übersetzen muss man es vor den Relativsatz stellen: Die Güter, die sie... suppeditāre: jemandem etwas zur Verfügung stellen relinquere, relinquiō, relīquī, relictum (hier:) jemandem etwas hinterlassen, d.h. vererben</p>
<p>Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerumque rapiendi et auferendi per iniuriam, ut ad largiendum suppetant copiae. Videre etiam licet plerosque non tam natura liberales quam quadam gloria ductos, ut benefici videantur facere multa, quae proficisci ab ostentatione magis quam a voluntate videantur.</p>	<p>auferre, auferō, abstulī, ablātum: wegnehmen suppetere, suppetō, suppetīvī, suppetītum: ausreichen largiri: siehe oben bei 1, 43 plerique: die meisten proficīscī, proficīscor, profectus/profecta sum (Deponens): von etwas ausgehen, sich aus einer Sache heraus entwickeln ostentātiō, ostentātiōnis, f.: die Prahlerei, die Angeberei</p>
<p>Talis autem simulatio vanitati est coniunctior quam aut liberalitati aut honestati.</p>	<p>simulātiō, simulātiōnis,: die Heuchelei vānitās, vānitātis, f.: die Eitelkeit, das sinnlose Streben nach einer Sache coniunctus: verbunden, ähnlich</p>

Verdient jedermann Wohltätigkeit?

[1, 45]

<p>Tertium est propositum, ut in beneficentia dilectus* esset dignitatis; in quo et mores eius erunt spectandi, in quem beneficium* conferetur, et animus erga* nos et communitas ac societas vitae et ad nostras utilitates officia* ante collata.</p>	<p>dilēctus, dilēctūs, m.: die Auswahl officia / beneficia conferre (confero, contuli, collatum): Dienste/Gefälligkeiten erweisen ergā (Präposition m. Akk.): gegen, gegenüber officia ... collata: Achten Sie auf die syntaktische Konstruktion.</p>
<p>Quae ut concurrant* omnia, optabile est; si minus, plures maioresque causae plus ponderis* habebunt.</p>	<p>concurrere, concurrō, concurrī, concursu: zusammenkommen (hier im übertragenen Sinne von den Gründen für die Wohltätigkeit gesagt) plūs ponderis: pondus, ponderis, n.: das Gewicht. <i>Ponderis</i> steht hier im Genitivus partitivus, abhängig von <i>plus</i>.</p>

[1, 46] Man darf keine übertriebenen Erwartungen an die Mitmenschen haben.

<p>Quoniam autem vivitur non cum perfectis hominibus planeque sapientibus, sed cum iis, in quibus praeclare agitur, si sunt simulacra* virtutis, etiam hoc intellegendum puto, neminem omnino esse neglegendum, in quo aliqua significatio* virtutis appareat.</p>	<p>simulācrum, simulācrī, n.: das Abbild sīgnificātiō, sīgnificātiōnis, f.: das Anzeichen</p>
<p>Existimo autem colendum esse ita quemque maxime, ut quisque maxime virtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, hac ipsa, de qua multa iam dicta sunt, iustitia.</p> <p>Nam fortis animus et magnus in homine non perfecto nec sapiente ferventior plerumque est, illae virtutes autem bonum virum videntur potius attingere. Atque haec in moribus.</p>	<p>quisque: jeder ita maxime ... ut: umso mehr, je mehr lēnis, lēne: sanft fervēns, ferventis: ungestüm, wild, aufbrausend attingere: berühren, angehen haec in moribus: ergänze „sunt“. Mores: die Charaktereigenschaften</p>

[1, 47] Wohltätigkeiten müssen zurückerstattet werden.

<p>De benivolentia autem, quam quisque habeat erga nos, primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligamur, sed benivolentiam non adolescentulorum more ardore quodam amoris, sed stabilitate potius et constantia iudicemus.</p>	<p>adolescēntulus (Deminutiv [Verkleinerungsform] zu adolescens): der junge Mann, der Jugendliche. Das Wort ist hier spöttisch gemeint; im Deutschen ist das schwer wiederzugeben. ardor, adōris, m.: das Glühen, die Leidenschaft</p>
<p>Sin erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia, maior quaedam cura adhibenda est; nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est.</p>	<p>sin erunt merita: Mit den <i>merita</i> sind die Verdienste gemeint, die der andere einem selbst gegenüber geleistet hat. grātiām inīre / referre: eine Gunst erweisen / zurückerstatten referenda gratia steht im Ablativus comparationis (Ablativ des Vergleichs)</p>

Schlüsselwörter

benignitas, benignitatis, f.: die Wohltätigkeit

benignus, benigna, benignum / beneficus, benefica, beneficum: wohlthätig

copiae, copiarum, f. (Pluralwort): die Vorräte, der Besitz

facultas, facultatis, f.: die Fähigkeit, die Möglichkeit

liberalitas, liberalitatis, f.: die Freigebigkeit

liberalis, liberale: wohlthätig

meritum, meriti, n.: das Verdienst, der Gefallen (den man jemandem erweist)

URL dieser Seite:

www.schule-bw.de/faecher-und-schularten/sprachen-und-literatur/latein/texte-und-medien/cicero-philosophie/de-officiis/1/cicero-de-officiis-1-42-wohltaetigkeit.html

Dort sind auch Links zu den Deklinations- und Konjugationstabellen eingefügt.